

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Peter Wasmund

**Rector Universitatis Rostochiensis Petrus Wasmundt I. U. D. & Professor, Ad
Exequias Quas Matronae ... Ursulae Scachiae Generi & liberi moestissimi. In
templo Jacobaeo hodie ... paratas cupiunt Omnes omnium ordinum Cives
Academicos peramanter invitat**

Rostochi[i]: Pedanus, 1631

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777433206>

Druck Freier  Zugang



Wasmundt, P.,


in


Ursul. Schacht,

uxor. D. Lobeck.

Rost. 1631.

35.





RECTOR
Universitatis Rostochiensis
PETRUS WASMUNDT.
J. U. D. & Professor.

Ad Exequias

Quas

Matrona laudatissima & primaria

URSULÆ SCACHTIÆ

Generi & liberi mœstissimi.

*In templo Jacobao hodiè hora duodecima paratus
cupiunt*

Omnes omnium ordinum Cives Aca-
demicos per ampler invitat.



ROSTOCHI
Typis JOACHIMI PEDANI Acad. Typ.
Anno M. DC. XXXI





R E C T O R
Universitatis Rostochiensis
P E T R U S W A S M U N D T
J. U. D. & Professor.

*Nter alias quas habet maxi-
mè illustres sententias Eccle-
siasticus hanc postrema illa
est, quando libri sui cap. 41.
ait: o mors quam acerba est
tui memoria homini utenti
pace in facultatibus suis, viro
minime distracto curis sed successu prospéro utenti
in omnibus & adhuc valenti cibum capere. O mors
quam bonum est judicium tuum homini minuto vi-
ribus, extremam senectam agenti & distracto ad o-
mnia atq; diffidenti & qui amisit patientiam. De
duobus imprimis loco allegato Ecclesiasticus agit pri-
mo ait mortem esse acerbam sive amaram homini
utenti pace, (qua voce omne bonum sive omnia fau-
sta & prospera exprimuntur,) & successu prospéro
utenti in omnibus. Quid de hac dicti Ecclesiastici*

A 2

parte

parte affirmabimus? num mortalium ullum hoc
præsertim tempore in hac mundi sece viven-
tem, pace & tranquillitate frisi, dicemus? pax
quidem optima rerum, quas homini novisse
datum est, sed ubi locorum, eandem depreben-
demus? cum fugerit ferme ultra Sauromatas &
glacialem oceanum, ut de illa restituenda incassum
laborare, quotquot illam reducendi curam suscipi-
unt, multis videatur. Pace verò deperdita, quis non
caris distractabitur? aut cui tandem successus rerum
felix contingit? Cum dicente oratore non solum ad-
ventus belli, sed & metus ipse calamitatem afferat,
licet irruptio nulla facta sit. Quid de nobis affirma-
bimus quos non solum adventus belli ante hac ter-
ruit, metus calamitatem intulit, sed & præsens
tempus pene consternatos & exanimes reddidit.
Misso itaq; primo dicti Ecclesiastici membro, (de
cujus potius idæa quam reali existentia verba faci-
mus) secundum temporis moderno magis accommo-
 datum, occasione bujus programatis, considerabimq;
moriemq; homini imprimis Christiano morte in-
vitam transconti, nequaquam acerbam dicemus ve-
rè enim inquit August. mors sanctorum est deside-
rabilis & preciosa quia omnis miseria finis, &
mors desiderabilis, & mors omnium præsentium ma-
lorum finis, & mors laborum clausula, quis excogita-

re.

re poterit tuarum beatitudinum utilitates : Nam
male mori Christianorum non est, bene autem mori
en Christo vivere est, Et quis ipsius mortis beneficia
exponat sufficienter, quæ hominem in verâ fide dis-
cedentem cum Christo Et omnibus sanctis congrega-
tinat. Hujus summi boni Et beneficiorum omnibus
expetendorum particeps facta est, matrona honestissima
Ursula Schachtia Viri Reverendi Et Clarissimi Dn. Valentini Schachtij, S. S. Theologia
Doctoris Et Academia hujus Professoris, dum vi-
vebat celeberrimi, Et pastoris Jacobæ vigilansissimi,
Anno 1607. 12. Junij tabernaculum hujus cor-
poris deponentis relicta filia. Quæcum anno Chri-
sti 1567. mense Novembri parentibus honestissimis
ut pote præfato Dn. D. Valentino Schachtio patre
Et Margareta Hopfners famina laudatissima
matre, in hunc mundum nata esset, lavacro baptis-
matis ritu Christiano tincta est. Cumq; à parenti-
bus pientissimis, piè Et honestè educaretur, in sui
amorem pertraxit virum Reverendum Et Clarissi-
sum Dn. Davidem Lobechium S. S. Theo-
logia Doctor. Et professorem p. m. eximium, Et ad
S. Jacob. Archidiaconum industrium, qui non so-
lum illam decenter ambijt sed Et consentientibus
parentibus exambiit, Anno reparatæ salutis 1589.
mense Junio. Quocum non in pacato solum sed Et

fertili maximeq[ue] facundo vixit conjugio. Vedit enim
Avus ex filia sua charissima nepotes quatuor ac ne-
pates quinq[ue], utpote Petrum anno 1590. natum sed
anno 1610. 30. Januar. mortuum. Davidem Anno
1591. hujus lucis aura fruentem mense Julio, sed ejus-
dem anni mense septembri placide mundo huic im-
mundo, valedicentem. Margaretam anno 1593. na-
tam Et Reverendo ac Doctissimo viro Dn. M.
Johanni Steinio Ecclesiasta ad S. Nicol. dignissi-
mo in matrimonium collocatam. Valentimum
primum an. 1595. Ursulam primam 1597. Va-
lentinum secundum 1598. qua triga liberorum
nibil firmum unquam aut stabile in hoc mundo esse
comprobavit, dum in ipsa infantili atate, antequam
malitia corrumperet ingenium illorum morte avo-
catis sunt: Ursulam secundam an. 1600. natam Et
viro Reverendo Et Doctissimo Dn. M. Lauren-
tio Langeclaus Ecclesiasta Gustrovieni nuptam,
verum superiori anno 14. Febr. defunctam. Elisa-
betham an. 1602. 17. Februari. lucem banc ingredi-
centem, Et nunc viro præstantissimo ac Doctissimo
Du. M. Joachimo Movio Scholæ Senatoriae jub-
correctori industrio, matrimonialiter cohabitan-
tem. Et tandem Catharinam an. 1603. 1. Septem-
telam vitæ hujus exordientem sed mox post patris
dulcissimi obitum extinctam. Cum vero Deo re-
rum

rum cunctarum gubernatori sapientissimo ita vi-
sum fuit Reverendum & clariss. virum Dn. D.
Davidem Lobechium rebus humanis eximere
Ursula nostra ad secunda vota transiens, Reveren-
do & Doctissimo viro Dn. M. Petro Hinckel-
manno in ade Jacobae Archidiacono fidelissimo
an. 1622. 14. Jun. defuncto, 1604. nupsit. Quod
conjugium licet cum priore fertilitate certare non
queat, non tamen omnino fuit infacundum. Ursula
enim nostra trium liberorum Dn. M. Petrum
Hinckelmannum fecit parentem, nimirum pepe-
rit Catharinam 1607. 18. Octobris que 1612. 18.
Jun. Vita huic non vita resignavit, Davidem 1610.
13. Ianuar. nunc studiorum continuandorum gra-
tia Lipsiam ablegatum. Et Petrum 1613. 23. Mar-
tij, qui anno 1615. 10. Maij. obiit. In utroq; igitur
conjugio tam facunda fuit mater, ut duodecim libe-
ros ex se natos videret, quos partim ante hac pra-
misit & iterum eosdem in gloria futura vita con-
junctos conspiciet. Ceterum Ursula nostra 7. Se-
ptembris luc dysenterica correpta 17: ejusdem
hora undecima meridiana pie placideque in
Domino obdormiit. Cum vero liberi superstites
matrem defunctam largissimis prosequantur lacry-
mis nostrum erit cives Academicci juxta Apostoli
monitum sfera cum flentibus, melius quippe est doc-

ini

in primis tempore luctuosissimo adire locum luctus
quam domum convivij. Ergo quod à nobis non so-
lum communis requirit humanitas, sed & quod
patris defunctæ nostræ Dn. D. Valentini Scha-
chtij & prioris mariti Dn. D. Davidis Lobechij
in Academiam nostram merita suo jure quasi effla-
gitant id libenter prestemus & exequias honestissi-
mae matronæ frequenter eamus, id ut ab omnibus ju-
risdictionem nostram Academicam agnoscentib⁹
fiat amice rogo & hortor. Inter cunctum autem non
solum memores sint sua mortalitatis sed & præsen-
tis temporis & afflictionis proq; illa avertenda
& mitiganda Deum ter opt. Max. calidissimis
votis invocent. Curabitur autem funus hora duo-
decima in æde Iacobæa. P. P. Sub sigillo Academie
19. Septemb. Anno M. DC. XXXI.



rum cunctarum gubernatori sapientissimum fuit Reverendum & clariss. Davidem Lobechium rebus humanis nostris ad secunda vota transiit & Doctissimo viro Dn. M. Hinckelmanno in ade Jacobae Archidiocesis Anno 1622. 14. Jun. defuncto, 1604. conjugium licet cum priore fertilius queat, non tamen omnino fuit infelix enim nostra tria liberorum Dn. Hinckelmannum fecit parentem. natus Catharinam 1607. 18. Octob. Jun. Vita huic non vita resignavit. 13. Ianuar. nunc studiorum continua Lipsiam ablegatum. Et Petrus Huius, qui anno 1615. 10. Maij. obiit. conjugio tam secunda fuit mater, et ros ex se natos videret, quos partimisit & iterum eosdem in gloria iunctos conspiciet. Ceterum Ursulae ptembris luc dyserterica correpsa undecima meridiana pie domino obdormijt. Cum vero matrem defunctam largissimis promis nostrum erit cives Academicum monitum sfera cum flentibus, melius




Image Engineering Scan Reference Chart TE63 Serial No. 032